



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

267. Christus prodicionem Iudæ prædicit.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

teo, quo erat præcinctus. *Ioan. 13. vers.*
2. 3. 4. 5.

II. Venit ergo ad Simonem Petrum. Et dicit ei Petrus: Domine, tu mihi lavas pedes? Respondit Iesus, & dixit ei: Quod ego facio, tu nescis modò, scies autem postea. Dicit ei Petrus: Non lavabis mihi pedes in æternum. Respondit ei Iesus: Si non laverò te, non habebis partem mecum. Dicit ei Simon Petrus: Domine, non tantum pedes meos, sed & manus, & caput. Dicit ei Iesus: Qui lotus est, non indiget, nisi ut pedes lauet, sed est mundus totus. *Ioan. 13. v. 6. 7. 8. 9. 10.*

III. Et vos mundi estis, sed non omnes. Sciebat enim, quisnam esset, qui traderet eum. Propterea dixit: Non estis mundi omnes. *Ioan. 13. v. 10. & 11.*

MEDITATIO CCLXVII.

*Christus proditionem Iudæ
 prodicit.*

I. **D**iscumbentibus eis, & manducantibus, cum hæc (que habentur *Ioan. 13. v. vers. 12. usque ad vers. 21.*) dixisset Iesus, turbatus est spiritu, & protestatus est, & dixit: Amen, amen dico vobis, quia unus ex vobis traderet me, qui manducat mecum.

Marc.

D. N. IESV CHRISTI. 249

Marc. 14. v. 18. Ioan. 13. v. 21. Ecce manus tradentis me, mecum est in mensa. Et quidem filius hominis, secundum quod definitum est, vadit: verumtamen vae homini illi, per quem tradetur. *Luc. 22. v. 21. G. 22.*

II. Aspiciabant ergo ad invicem discipuli, haesitantes de quo diceret. *Ioan. 13. v. 22.* Et ipsi coeperunt quaerere inter se, quis esset ex eis, qui hoc facturum esset. *Luc. 22. v. 23.* Et contristati valde, coeperunt singuli dicere: Numquid ego sum, Domine? At ipse respondens, ait: Qui intingit mecum manum in paropside, hic me tradet. Filius quidem hominis vadit, sicut scriptum est de illo: Vae autem homini illi, per quem filius hominis tradetur: bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille. *Matth. 26. v. 22. 23. 24. Marc. 14. v. 19. 20. 21.*

III. Respondens autem Iudas, qui tradidit eum, dixit: Numquid ego sum, Rabbi? Ait illi: Tu dixisti. *Matth. 26. v. 25.*

MEDITATIO CCLXVIII.

SS. Eucharistiae institutio.

I. **C**Aenantibus autem eis, accepit Iesus panem, & benedixit, ac fregit, deditque discipulis suis, & ait: Accipite, & co-

L 5 medi-